

vel opera mea vellitet, vel consilijs cōstantiā  
abroget ac maturitatem. CÆS. Nimis de te  
magnifice ne dicam arroganter prædicas.  
SYL. Ego quoque sentio vani esse hominis  
in proprias laudes excurrere absque occasio-  
ne, sed quū a calumniatoribus arcessitur ī des-  
decus, laudabile est infamiam quomodocum-  
que a se depellere: neque te Cæsar debita laus  
de fraudauerim, si quidem magnū alioquī &  
præclarum virum semper iudicauī tum in ci-  
uilibus negotijs & administratione rei publicæ,  
tum etiam imperatoria dignitate, bellicæ  
que fortitudinis operibus; hac vna domina-  
tionis immoderata cupiditate excepta, quod  
ipse certis signis quum præuidissem, decreue-  
ram tuo capite manibus Marij parentare. Cæ-  
terum stultis amicorum precibus expugna-  
tus tanquam e cauea furentis lænæ catulum  
emisi, qui adolescens spiritu viribusque com-  
paratis orbem sanguine ciuium cruentaret:  
atque eam nobilissimam rem publicam, quæ  
meis consilijs atque periculis a seruitute liber-  
rata, ac ppe funere erepta pristinæ fu erat inco-  
-lunitati restituta, is inquam flagitiosus Ma-  
rianorum scelerum minister furore percitus  
exagitatam bellis, cladibus funestam, hebe-  
ratam viribus & prorsus exāguem immanis